

qui phrasi scripturæ unus appellatur, sicut primus dies, unus dies dicitur, & vivis sublata est; illi vero mortu sententia eadem mente inhumata, cum vaporem pervulve iuni, Dei omnipotentia diffidere aliquantulum vniunt. Non. c. 20. Neque novum est, quod scriptura inter mortuas recenseat, qui sententiam mortis acceperunt, epian cum adhuc vivit; nam et Adamus mortuus verè dicitur eodem die, quo de ligno scientia comedit, etiam postea multi sæculi vixerit; et Christus D. crucifixus horâ tertâ narratur, Marci c. 15. quoniam eadem lata est in eum crucifixioni sententia, ut recte ponderant S. Ignatius, et S. Clemen., uterque Martyr. Rem istam pro vivibus declaramus sub dictione Crucifixus in nostro Lexico. Interpretatio R. David de tribus pastoribus uno mente succiis, quorum nomine putat significatos tres Ionia Regis filios, qui uno mente, hoc est, 22. annis et amplius vegnavunt, Rabbinica est, ac planè indigna, quæ à Christianis vivis vnius Hieronymi optima præferatur explanationi.

Eadem die).

Nos hic primum sævi anni Sabbatum conignamus die Lunæ Nuan septimâ; quia est, ut perspicuum est, non semper sabbatum in eandem lunationis diem incidere solet; ita Divinâ ordinatione res se habuit in Exordio mundi, cuius primi anni dies septimo primi mensis, fuit dies Sabbati.

Primum sabbatum huius mensis primi aliqui non bene appellant sabbatum secundo primum, putantes de hoc loqui S. Lucam in Evang. cap. 6. Vide in nostris Regulis Sæviæ scripturæ, sub Reg. 40.

Die 14.

Quotidiana sacrificia, et simul Sabbati propria. Agnus ad vesperam mactabatur, et edebatur; atque ab omni opere servili solum, sabbato expleto, cessabat.

Die 14. Sabbat.

Siquis incircumcisus, vel aliquâ labe pollutus de carne Agni Paschalis comedere ausus fuisset, morte manu Dei vixibili signo illatâ, peribat. Hæc solemnitas Græcè vocatur Phasc, Hebræicè Pasch, Chaldee verò Pascha: Chaldae enim nomina Hebræa terminabant in A. quem morem Hebræi post Babylonicam captivitatem imitari sunt: Unde et ^{Chaldee} Interpretes, et ipsi Apertè Pascha scripserunt. Pascha autem propriè significat, non transitum filiorum Israel de Aegypto ad terram promissam, aut transitum maris Rubri, ut videtur D. Aug. cogitare tract. 55. in Ioann. sed transitum Domini, sive vices illius gerentis Angeli, qui interfecit primogenitos Aegyptiorum. Unde idem Dominus volens populum docere rationem tantæ solennitatis Exodus cap. 12. dixit: [Et cum dixerint vobis filij vestri: quæ est ista religio? Dices eis: Victimam transitus Domini est, quando transiit super domos filiorum Israel in Aegypto, percussit Aegyptios, et domos nostras liberavit.]

Non erat Hebræis in consuetudine, ut hædum immolarent, sed tantum Agnum; licet videatur utriusque immolationem iuram per verba legis: quæ tamen ex maiorum traditione ita sunt interpretata, ut nemo teneretur hædum mactare, nisi qui ad manum Agnum non haberet. In officio Ecclesiasticis figuratè accipienda sunt illa verba: [Immolabit hædum multitudo filiorum Israel ad vesperam Paschæ:] Nam, ut Libus inquit, sub hædo etiam agnum comprehendere oportet. Animal immolandum a singulis familij, singule ex gregibus assumere debebant decimâ die huius mensis, et domibus alere. [Sicbat unicuique Patrifamilias agnum Paschalem occidere, et in hac parte officio sacerdotali fungi. Neque

forte, quia non locuti ad petram, ut illi præceperat, sed convenerunt ad populum dixerunt: [Item de petra hac vobis aquam poterimus eicere?] in quibus verbis, nulla facta mentione promissionis Divinæ, videntur aliquantulum minuisse gloriam Dei coram populo, fortassis etiam gestu aliquo, aut geminâ silicij percussione, quamdam animi hesitationem ostenderunt. Certe August. q. 2. in Sam. & lib. 16. contra Faust. c. 16. illos à lethali excusat propter nimiam spiritus perturbationem.

Eadem die).

Interdium

Quamquam existimet Franc. Lucas Brugens. hanc circumstantiam non habere præceptam nisi pro primo Phasc. Unde etiam sæpe repetatur lex de signo immolando, nunquam talis circumstantia repetitur.

Te
 sunt huiusmodi: [Pascha
 populariter singuli sacri-
 ficant, non expectatis sa-
 cerdotibus, ipsi per miniu
 legis hic fibigentes sacer-
 dotibus] Ex lib. de Decalogo
 sub fin.

id solum licitum fuit ante institutum Moysicâ
 lege sacerdotium, Verum etiam postea, ut ex
 Testimonio Philonis, cuius Verba Baron. refert
 tome 4. Annal. ad ann. Christi 34. [probat com-
 muniter Ecclesiastici Scriptores, refugantibus
 Iustato et Serario ap. Sirinum, quorum opinio
 non satis firma redditur exemplo Phare cele-
 brato ab Ezechia Rege Iudâ; nam in eâ solem-
 nitate, ^{innumera forte} ~~multa~~ sunt facta contra legem, et pre-
 ter legem, cuius ignari erant, nedum sæculares,
 Verum et Levitæ, et Sacerdotes. Et quod attinet
 ad Phare mense secundo ab Ezechia celebrato,
 de quo 2. Paralip. c. 30. non conitat Sacerdotum
 aut Levitæ agnos mactare: nam de ^{Phare} ~~Phare~~ so-
 lum dicitur, quod obtulerunt holocausta in Do-
 mo Domini (quod munus ad Sacerdotem spectabat
 licet in necessitate possent Levitæ supplere) per ho-
 locaustâ autem non intelliguntur Paschaliurn agno-
 rum immolationes, quibus Victimæ offerrentur non
 penitus igne absumenda, sed ad eum familiarum
 auandâ. Unde Victimæ holocausti ^{sola} pellicula hu-
 mano viui servabatur. Lev. c. 2. [Sacerdos, qui of-
 fert holocausti Victimam, habebit pellem eius].
 Sanguis ^{animabilis} fundebatur, corpus vero cremabatur
 omnino. ^{quæ} Qualia vero fuerint, illa holocausta,
 quæ tempore illius celebrata, Levitæ offere-
 bant, facile scitu est, lectis Iosephi Verbis, qui lib.
 3. antiq. c. 13. ita scribit: [Quintâ decimâ succedit
 festivitas Azymorum, quæ septem diebus celebratur,
 in qua Azymi vescuntur, et singulis diebus tauri
 obducuntur duo, et ^{arriet} ~~arriet~~ quidem unus, aquæ vero
 septem; et hæc holocausta fiunt: et hircus quo-
 que pro peccato adiicitur per dies singulas ad epu-
 las Sacerdotum.] Et quamvis hæc sacrificia non fi-
 erent in ipso Phare festo, quod inter vesperas decimi
 quarti diei Hebræi celebrabant, sed ab alterâ die pro-
 ximè sequente, non ideo de his sacrificiis intelligi
 non possunt Verba Paralip. à nobis citata, quinimo
 de talibus sacrificiis debent necessariò intelligi: nam
 in primis dicto cap. 30. dicitur: [Congregati que sunt
 in Ierusalem populi multi, ut facerent solemnitatem
 Azymorum, in mense secundo:] deinde de populi ip-
 sius congregatis sequitur: [Immolaverunt autem Pha-
 se quartâ decimâ die mensis secundi:] demum de Sa-
 cerdotibus, et Levitis, post Phare celebrationem, subor-
 gitur: [Sacerdotes quoque atque Levitæ tandem san-
 ctificati] (neglexerant enim initiari, et consecrari Do-
 mino) [obtulerunt holocausta in Domo Domini.]

Constat nihilominus ex eodem cap. 30. atque ex 35.
 eiusdem lib. 2. Paralip. Levitæ ipsas immolare Phare, i-
 ve agnos mactare. At quid inde? Hoc certè factum pro-
 bat, non ius. Quod manifestè declarant eadem sacri-
 ficatis Verba, quibus ratio redditur, et Levitæ excu-
 santur ab usurpatione ministerij eisdem minimè com-
 petentis. En Verba sacri scriptoris: [Sacerdotes vero sus-
 cipiebant effundendum sanguinem de manibus Levita-
 rum] (excipere sanguinem Victimarum munus erat Sa-
 cerdotum) [sed quod multa turba sanctificata non esset]
 aliam Agnorum Paschaliurn sanguinem nec Sacerdotes
 fundendum suscipere, nec de manibus Levitarum, qui
 pro hoc casu Summi ordinarij non erant, suscipere. Qua-
 re protinus sequitur: [et idcirco immolaverunt Levitæ Pha-
 se hic, qui non occurrerant sanctificari Domino] Quid da-
 rium? Et quia tunc legum observatio penè corruerat,
 prævalente

prevalente apud maximam Israelitarum partem idololatriæ contaminatione, aliquid propterea mali vel in conversis ad Deum prudenter diuimulandum fuit: quare permissum est, sciente Ezechia religionissimo Principe, ut ij, qui sanctificati non erant, ut qui paulo ante diji immolabant, quos non cognoverunt patres eorum, possent edere Phasæ, Paschalis que convivium, sicut ceteri, celebrare. Quod et fecerunt, præmissa à Rege deprecatione, qua Deum ipsum moveret, ut hanc noxam illis dimitteret. D. Hieronymus narrat, non à se, sed ex Hebræorum traditione, eos qui Phasæ comederunt immundi, Magnâ ex parte, cælitus immisâ plagâ, occisos. Verum ex sacro textu liquido colligitur, Regem Deum exorasse, antequam immundi Phasæ comederent, timens ne edentes punirentur, atque ipse permittens, unâ pœnas lueret cum illis: sed orantem [exaudivit Dominus, et placatus est populo.]

Quæ hucusque disserimus de ministris agnorum immolanderum in Pascha celebrata, nedum confirmantur Maimonidis testimonio, verum, si is fidem nostram mereatur in similibus rebus, et quæstio omnis de medio tollitur. Siquidem non præcisè de Paschali agno loquens, sed universaliter de quacumque Victimâ sacrificij cuiuscumque, notat, à quolibet potuisse quilibet Victimam iugulari: proprium autem munus Sacerdotum fuisse, sanguinem excipere, transferre, et eo aspergere Altarè, ceteraque munia obire. Quin etiam hominibus alienis, id est, non sacerdotibus licebat pelle victimam exuere, eandemque in partes direcare: sed Sacerdotum erat sanguine Victimæ Altarè aspergere. Quocirca Lev. cap. 1. dicitur: [Immolabit vitulum coram Domino], ille scilicet homo, cuius fuerit oblatio, ut liquet ex contextu, [et offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes per Altaris circuitum, quod est ante ostium Tabernaculi.] Vbi aptissime Orig. observat, etiam in cruento Divini Agni sacrificio Sacerdotes Annam, et Caipham Victimæ sanguinem obtulisse, cum Ierum mortis reum iudicarent, fortè, in ipso templo: licet non ipsi sacerdotes, sed sæculares ac profani ministri Victimam proprijs manibus mactaverint.

De loco etiam in quo hæc Phasæ immolatio fieri debet disputatum iam est ab Expositoribus nostris, quorum qui locum sacrum exigunt, ius potissimum ex facto arguunt, inferentes ita fieri debuisse, ex eo, quod sic factum constat temporibus Ezechie, et Iosia Regum Juda. Qui autem contrarium sentiunt, id inde deducunt, quod primum Phasæ in proprijs domibus Hebræi celebraverint, cum adhuc in Ægypto commorarentur: nec post erectam tabernaculum aliter Deus ordinavit ceremonias Paschæ, sed in primævo statu omnino invariata reliquit: quod videtur sufficienter constare ex his verbis Exodi cap. 12. [Cumque intrevisti terram, quam Dominus daturus est tibi, ut possideas, est, observabis hæc ceremonias istas.]

P. Lamy, vir planè eruditus in omni doctrinâ Hebræorum, affirmat, neque. Agnum Paschalem licitum fuisse extra atrium templi mactare; quod non aliter probat, nisi generaliter asserendo, quod in quocumque atrij loco poterat fieri iugulatio pecudis, sed non extra illud. Ex adverso P. Menochius vel ipso nomine conspicitur in 2. Lib. Paralip. c. 30. usque ad eò verum putat, Liberum Iudæis fuisse Phasæ in privati domibus immolare, ut ex hoc tamquam firmo principio inferat, spectare ad pares-familias

familias eiusdem Phae immolationem. Nos valde pro-
pendimus in sententiam P. Menochij, quam existi-
mamus sibi clavè imminuere Iosephum Hebraicum lib.
2. antiq. cap. 13. ubi postquam describit modum
vitiæque celebrationis primæ Phae, dicens: [Cum au-
tem imitaret quarta decima dies, omnes ad eger-
sionem tendentes, et immolantes sanguinem, domus
proprias hyssopi frondibus emundabant. Cumque
coenarent, reliquias carniū egeruri concrema-
bant.] Hoc modo primum Phae, iubente Domino,
celebratum: et quia nulla posteriori lege novitur
alterari ille primævui ritus, conclusit Iosephus:
[Unde hactenus secundum morem ita sacrificia-
mus.] Et quidem cum effusio sanguinis immolate
Victimæ, ipsaque aspersio eorum eodem sanguine fa-
cienda, quæ in ceteris quibuslibet sacrificij munus
erat sacerdotum peculiare, conceua fuerit pro hoc
sacrificio capitibus familiarum: non enim sacerdo-
tes domorum potest, et superbiminaria sanguine
oculi agni calore tingebant: conveniens fuisse vide-
tur, ut ibi posset Victimæ mactari, ubi poterat, ac
debebat sanguis illius fundi, et non consecrati ma-
nibus attraheri. Accedit, quod ceterarum Victimarum
sanguis fundendus erat intra tem-
plum: ideo et in templo ipso Victimæ iugulandæ,
nec nisi a sacerdotibus sanguis fundendus: at in
alium diem sibi diversum cedebat sanguis agni
in Paschâ immolati: quare et diversos ritus exige-
bat sacrificium huiusmodi. Oportebat etiam ut san-
guine recenter effuso fieret aspersio: quod non ita
commode fieri posset, si e templi atrio ad in-
gulas domos deberet asportari.

Phae, immolandi erat ad vespeream, iuxta
legis præscriptum Exodi cap. 12. [Immolabitque eam
Universa multitudo filiorum Israel ad vespeream:]
Vel ut Hebraicus textus sonat: [inter duas vespereas]:
ita etiam ad vespeream Septuag. vertunt [inter ves-
perei], sive [inter vespertinâ] Lev. c. 23. quidnam au-
tem sit vespere et vespere eiusdem diei, ita expo-
ni potest: Una vespere, et hæc ultima illius diei, erat
ad solis occasum; altera, et ita prior, cum sol post
meridiem ad occasum ipsum tendere incipit: tunc e-
nim velut ad vespereas, et inclinatur iam dies. Hora
inter has vespereas recte dicuntur vespertina. Sed quo-
tâ horâ incipere intelligitur prior vespere? Certe non
ab ipsâ horâ meridiana; nam tunc dies est in altitu-
dine suâ. Lyranus ex consuetudine Hebræorum per
primam vespeream diei decimi quarti intelligit tempus
ab horâ primâ pomeridianâ usque ad principium
noctis, quod est secunda vespere: nec diversimodè rem
vitam declarat Abulens. q. 6. in c. 23. Lev. et q. 1. in
c. 16. Deuter. Vtriusque sententiam unâ cum Rabbi-
norum allegatâ à Lyrano traditione approbat P.
Ribera lib. 5. de fest. Hebr. c. 3. Calmet in suo Di-
ction. [inter duas vespereas] sic interpretatur, scilicet in-
ter solis declinationem, et occasum, sive, iuxta Salli-
cum computum (idem intellige de Hispanio) à secundâ
post meridiem, ad sextam horam vespertinam Agnus
immolabatur, et fermentati panis interdictum incipie-
bat. P. Lamy integram horam addit, ut prior vespe-
ra incipiat, quod ita explicat in Appar. Bibl. lib. 4.
c. 1. [Agnus Paschalis immolabatur inter vespereas,

hoc est, sole inclinante, nempe illâ horâ, qua Dominus in Cruce expiravit, horâ nonâ, ut exprimit verbi dicit Josephus, qua Ierum mari contigit.] Hora autem Hebr. nona est nostra tertia pomeridiana, et vigeima prima Italica tempore Aequinoctij.

Nos pro certo habemus Agnorum immolationem fieri potuisse ante occasum Solis: quinimo cavendum erat, ne tam serò fierent, ut transacto die terminarentur; nam apud Hebræos nulla offeriebantur sacrificia nisi inter diu, nec aspergebatur sanguis, nisi Victimæ, que de die fuerit occisa. Postquam Sol ab Hemispherio discesserat, sanguis profanabatur. Semel tamen peractâ aspersione de die, licitum erat, vel integrâ nocte, diiecte Victimæ extâ membrâque adolere.

Uterius certum putamus, non ante secundam vesperam, qua dies decimaquarta terminabatur, licitum fuisse immolatos edere agnos: quod aperte infertur ex Verbis Deut. c. 16. quibus diuersè præcipitur: [Immolabique Phare vespere ad Solis occasum, quando egreui ei de Aegypto.] Nec in hoc loco aliter in Hebræo legitur, sed eodem modo, nempe [Vespere cum Sol occidit: Unde in principio eiusdem capituli Deut. dictum fuit: [quoniam in isto mense eduxit te Deus tuus de Aegypto nocte.] et ut Hebræi intelligerent quoniam seruu fuerit iuuem, nocte immolare Phare, Exodi cap. 12. Vbi Lex primò intimatur scriptum est: [Et edent carnes nocte illâ assas igne, et azymos panes.] Igitur cum Phare diuersas actiones successivè perficiendas includeret, nimirum, agnorum mactationes; preparationem azymorum, et agrestium lactucarum; aspersiones domorum; assatura, et eris agnorum cum præscriptis in Lege caeremonijs; harum vltima, que veluti complementum erat immolationis, ac solemnitatis Phare ad Solis occasum peragi debebat; anteriores vero etiam tempore anteriori exequi poterant: neque enim omnes simul, aut sub modicâ temporis mensurâ commode fieri potuissent. At spatium huius horarum, à nonâ usque usque ad propriè dictam Vesperam, siuè à nostrâ tertiâ pomeridianâ usque ad sextam, que in Aequinoctio est lucis diurna vltima, videtur omninò sufficiens fuisse pro rebus Phare perficiendis; atque huius horis propriè adaptatur nomen Vesperæ, sicut non ita propriè, sicut puncto illi temporis, in quo Sol occidit: Unde olim conuersus Ecclesie fuit non ante occasum Solis officium Vespertinum perolvere; quod ideo Lucernarium, seu Lucernale officium appellabatur, cum ad accensionem Lucernæ discretur, in memoriam scilicet sacrificij Vespertini antiquæ legis, institutionis sacratissima Eucharistia, et depositionis corporis Christi D. è Cruce. De hoc plura in nostro Lexico.]

Diximus cenam Agni typicè peragi debuisse ad occasum Solis, quod ita intelligendum non esse videtur, ut Hebræi minimè huiusmodi legalem cenam protrahere usque ad inchoatam sequentem diem Lane 15. que incipit celebratur, postquam primò oriebatur Hesperus, ut supra explicuimus. Quare minimè subtrahimus sententiam illorum, qui Iudæi permittunt dicunt differre eum Agni usque ad mediam noctem, qua dies civitatis 14. complebatur, et incipiebat dies 15. Quam sententiam ita exponit Lucas Evangelistæ in Evang. Matth. c. 26. [Præcipua actio immolationis Paschæ erat manducatio: illa quamquam nocte fieri poteret, modo fieret ante mediam noctem, proprium

[nam consistebat hoc sacrificium in manducatione. Magis, quam in immolatione: ideo que cum singule persone agni comestioni interesse deberent, non tamen omnes tenebantur mactationi assistere: Unde Evangelista supponunt Christum D. cum suis Paschalem Victimam manducare; sed nullibi legitur Agni occasionem corporali suâ præsentia decorare.]

[Hæc noctis de horâ nonâ opinio satis reboratur Luculento oculis que testimonio Josephi Iudæi, qui lib. 3. de bello c. 11. scribit: [cum dies festus adisset, qui Pascha vocatur, quando à nonâ quidem horâ usque ad Vesperam undecimam hostias cedunt (singula quidem contubernia non pauciorum, quam decem hominum sunt: solum enim epularum non licet: multi etiam vini conveniunt) hostiarum quidem ducenta, et quinquaginta sex milia et quingentas numeraverunt.]

tamen illius tempus erat vespere, illa quae Hebraicè duali numero vocatur *harbaim*, id est illud tempus vespertinum, quo lux tenebris, et dies nocti miscetur, et vocatur Latine crepusculum. Supponit hic doctus Author, quod et ante illum Eximius Suarez, P. Pererius aliique insignes sapientià scriptores supposuerunt, apud Iudaeos fuisse olim in usu triplex genus dierum, diem scilicet legalem à vespere ad vespere, diem naturalem ab uno ortu solis ad alium, diem vnalem à medià nocte unaque ad alteram; atque ex hoc inferit, potius Hebraeos diem immolationis Agni extendere usque ad terminum diei civili. Ceterum illatio haud legitima est: nam licet apud Iudaeos triplex fuerit dies; singularum tamen usus fuit pro certo operum genere destinatus; nec licitum fuit vti die civili in observantia legalis solemnitate.

Die 15.

Dies prima Azymorum. Hac die ab opere cessabatur: dies erat sancta et feriata: totà octavà Azyma tantum adhibebantur.

Die 15.

Octo fuisse Azymorum dies: atque ideo hæc 15. iuxta Evangelistarum morem, secunda Azymorum appellari potest: sed recte prima appellatur, quia initium erat peculiaris festivitatis Azymorum dictæ: die enim 14. licet Azyma cum Agno ederentur, non Azymorum festivitas, sed Paschæ solemnitas ^{ea die} inaugurabatur. Ceterum eadem festivitas Azymorum erat veluti Paschæ continuatio; nam quemadmodum Pascha fuit institutum in recordationem interfectionis primogenitorum Aegypti: ita Hebraei vti Azymis iuvi sunt in memoriam egressus Israel ex Aegyptiorum captivitate. Numque autem contigit eadem nocte; quippe medià nocte occisi sunt primogeniti ab Angelo exterminatore: ex quo Terræ Aegyptij compulerunt Iudaeos exire antequam illuciret. Exo. c. 12. Num. c. 33.

In Lev. c. 23. Azymorum lex ita intimatur: [Septem diebus Azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omnè opus servile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus: dies autem septimus erit celebrior, et sanctior, nullumque servile opus facietis in eo.] Ex quibus verbis quaedam merito discutienda resultant. Primum, cur septem Azymorum dies numerentur, cum octo fuisse dixerimus? Et quidem octo esse numerandos videtur; nam Crus Azymorum die 14. incipiebat, durabatque usque ad diem 21. inclusive: dies enim hæc 21. erat Ultima solemnitate Azymorum. Sed respondemus, quod, licet 14. die Azymis vescerentur Hebraei; lex tamen Azymorum eà die non obligabat, nisi à vespere diei eiusdem, cum iam residuum tempus eius diei legaliter censebatur pertinere ad sequentem diem. Quare antequam inciperet dies legalis 15. licebat Iudæis fermento vti; ideoque etiam hac nostrà ætate, 14. die Nisan horà vn-

decimâ in signum imminentis prohibitionis vendendi fermentato, portionem panis communis Hebraei concremant a dâbâque solemnî protestatione Patrifamilias, nihil fermenti Domi superesse ad hoc eum prius sedulâ perquisitione vel additissima habitationis loca percurtantur) continuo Azymis conficiendis manus admoventur. See Moderna in Libro Italico de Ritib. hebr. p. 3. c. 3. Hinc quia Azymorum usus in Paschate incipiebat, et utraque festivitas continuabatur, Paschâ Hebraei vocabant integros octo dies à lunâ 14. Nisan usque ad 21. inclusive: eaque propter Herodes apprehensionem Petrum cogitabat retinere in Carcere diebus Azymorum, Volens post Paschâ producere eum populo.

Secundum quaeritur, an dies 15. et 21. Nisan, quae dicuntur prima, et septima solemnitatis Azymorum, fuerint aequè festivae ac feriatae: vel septima sanctior fuerit celebriorque quam prima? R. P. Calmet in Calendario suo Iudaeor. in Dictionario post Tabul. Chronolog. Typis edito, de die 21. mensis Nisan ita scribit: [Octava festi Paschae, Azymorum terminus. Dies est praeter ceteris octavis solemnissima, quamquam non feriata.] In quo sane labitur manifestè eruditissimus aliquis Author, avertens non feriatae Azymorum diem extremam: contrarium ex sacro textu evidenter constat; nam de eâ die in allatis Levitici verbis expressè dicitur: [nullumque servile opus facietis in eo.] Rursusque in Deut. c. 16. cum de eadem extrema Azymorum die sermo fit, sinè addito servile quod tamen subaudiendum est, scribitur: [non facietis opus.] Erat igitur feriata dies illa Azymorum ultima; nec minus utique quam dies prima, quae vel ab ipso Calmet vocatur feriata, quia in eâ similiter prohibebatur omne opus servile. Vidit hoc melius idem scriptor ubi agens de festis Iudaeorum in suo Dictionario dixit: [Septem dies festo dabantur, inter quas tamen primus tantum et postremus feriati.] Quia verò in versione horribâ authentica Samâ ipsa dies septima appellatur celebrior et sanctior, nonnulli opinati sunt hoc dictum esse de septima cum prima comparata. Abulensis tamen quest. 10. in c. 23. Lev. contendit, septimum diem non comparari cum primo, qui sanctissimus dicitur, id est, valde sanctus, sed cum reliquis; atque idèo sanctiorem et celebriorem dici. Sed optimè P. Ribera monet, quod de re controversia esse non debet, cum scriptum sit Exod. c. 12. [Dies prima erit sancta atque solemnîs, et dies septima eadem festivitate venerabilis.] Pares ergo erant, et uterque magnus censebatur inter dies festos Azymorum: Undè de septimo scriptum est Ioan. c. 1. [In novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus, et clamabat.] Ita exponit hunc Joannis locum P. Ribera. Videtur tamen ibi Coangelistam minimè loqui de septimo Azymorum die, sed de die postremo solemnitatis scilicet pœgie; qui quidem dies magnus erat, et quasi octava festi Tabernaculorum, ut infra dicemus sub die 22. mensis septimi. Rectè igitur P. Menochius in Ioan. c. 1. per novissimum diem magnum festivitatis intelligit diem ultimum Tabernaculorum, in quo cætus seu collecta celebrabatur; talis enim dies non minus quam dies primus celebris erat, et sanctus. Lev. c. 23. Ultimum, de quo dubitari potest, est, quidnam sit offerre sacrificium in igne. Ad quod facile respondetur, sacrificium in igne esse holocaustum, quod totum flamma absumitur.

Ann. Unde Septuag. Vesterunt: [offeretis holocausta magna Do- Miser.
mino.] Quae sacrificia singulis diebus offerri debebant
iuxta praescripta Numer. c. 28.

Dies Azymorum Iudaei *Azuma* Graece plurali numero vo-
carunt eo genere loquendi quo gentes dicebant *Bacchanalia*
et *Saturnalia*. Panis vero Azymus panis afflictionis vocatur
Deut. c. 16. quod in afflictione et pavore egressi sunt de Aegy-
pto Patres eorum, nec moram facere permisi sunt ab Aegyptiis,
ideoque cum tanta trepidatione et festinatione exire con-
erunt, ut non eis liceret farinam suam fermentare, sed Az-
ymis per plurimos dies Verit Panis enim Azymus facile con-
fitur, cum statim, et farinæ admixta est aqua, coqui possit:
est autem insipidus et gravis minusque salubris, proindeque
appellatur panis afflictionis, hoc est, panis miser.

In necessarium fiat.

Matthaeus c. 26. primam diem Azymorum appellat di-
em 14. Nisan, cum Dominus iussit necessaria ad Pascha
celebrationem parari; quod per synecdochen dictum est, ut
innuit S. Aug. sub fin. Ep. 86. dicens: [Matthaeus Evang. quin-
tam sabbati dicit fuisse primam diem Azymorum, quia eius
vespera sequente futura erat caena Paschalis, qua caena in-
cipiebat Azymum, et ovis immolatio manducari.] Civili ergo
bonis quam legali consuetudine Matthaeus locutus est; nam
legalis dies nondum inceperat; pertinebat tamen initium et
pars non modica eius diei ad diem civilem 14, quae usque
ad mediam noctem perdurabat, et cum Pascha celebra-
te, et manducatione Azymorum concurrebat.

Non solum eius Azymorum erat in lege praescriptus,
Verum etiam prohibita fermentorum venterio: inde enim
Exod. c. 12. scriptum est: [septem diebus fermentatum non
invenietur in domibus vestris.] Quare Iudaei initio decimae
quarta diei huius mensis diligentissime expurgabant cedes
suas ab omni fermento, ut superius dicebamus, scrutaban-
turque domus in cunctis angulis, ne sorax in illos panem
dereliquet. Ad quam consuetudinem alludens Apostolus, illam
ad sensum trahit mysticum, dicens: [Expurgate vetus fermentum.]
Ex Hebraeis autem observantiores ne nomen quidem
panis toto illo tempore ore usurpabant, ne animus pol-
lueretur cogitatione fermenti. Huius vel minima parvulas
maculae censebatur totam massam, quam vel venissime fer-
mentatam tamquam pollutam respuebant. Hinc illud Pau-
li 1. ad Cor. c. 5. et ad Galat. c. 5. [Modicum fermentum totam
massam corrumpit.] Cavent quoque magna sedulitate Hebraei,
ne farina, ex qua Azyma sunt coquenda, vel humiditate a-
liqua, vel fori caloris, etiam absque fermenti admixtione fer-
mentari contingat. Videtur tamen quod in legis non observa-
tur Iudaei abstinere se a pane absque artificio fermentato, ex
quadam nimirum farinæ accidentali effervescencia, nullâ adhi-
bitâ humanâ industria. Et quidem Iudaei panis communi lo-
quendi usu dicebatur ac reputabatur Azymus.

16.

Secunda Azymorum. Manipulus pro primitiis frugum
offerebatur. Messis inchoabatur. Initium septem hebdomadarum,
id est 49. dierum, qui messi faciendae destinati erant.

16.

Hac secundâ festivitatis Azymorum die hordeum pridie